



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 21. Mulieres eruditas plerumq. libidinosas esse, duorum poëtarum  
testimonijs confirmatum. Iuuenalis locus cum quodam Platonis collatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

divinaram. sed ea inspectio iter mihi aperuit ad tollendum ex eo loco mendum alterum. nam quod statim subiicit Fabius: *Gloriam qui spreuerit, veram habebit*: vix verum videtur, ita simpliciter, & sine illa adiectione prolatum. quid enim? *ἀριστόπουλον θεόν*, laudi ne datur, an in vitio ponitur? quām multi gloriam spernunt ignavi & nulli pretij homines! Cūm igitur in meo libro legatur, *Gloriam quam qui spreuerit, veram habebit*: coniicio legendum, *Gloriam vanam qui spreuerit, veram habebit*. sic enim & verior erit sententia, & illa contrariorum relatione ornatior, & melius cohererbit cum eo quod paulo suprà dixerat Fabius: *Resistet autem aduersus famam rumor ēque hominum si satis firmus fuerit: si te neque collega vana gloria, neque tua falsa infamia mouerit*. quām facile verò librarius in eo labi poterit, cūm quiuis facilè videat, *λεπτολογεῖν* non est meum.

Mulieres eruditas plerumque libidinosas esse, duorum poëtarum testimonius Confirmatum. Iuuenalis locus cum quodam Platonis collatus.

## CAP. XXI.

**V**A FERRIMVS poëta, quique omnia suæ tempestatis hominum vitia & nouerat optimè, & insectabatur liberimè, Iuuenalis, in ea satyra, qua mulierum improbitatem detexit, non obscurè significavit, displicere sibi mulieres eruditas, & disertas.

Non habeat, inquit, matrona, tibi que iuncta recumbit,  
Dicendi genus, aut curtum sermone rotato  
Torqueat enthymema, nec historias sciat omnes.  
Euripides quoque, magnus & ipse mulierum osor, est dictus est à quodam eas odisse in choro, amare in choro, eiusdem sententiae fuit, putauit enim, id quod res est,

Mr. Muret.  
in Lectiona.  
LIII  
25

222 M. ANTONII MURETI  
res est, caras & ingeniosas feminas promptiores  
acutiores esse ad struendas machinas, quibus deo-  
piant viros. itaque apud eum ita Hippolytus loquitur.

Σοφία δὲ μισθὸς μηδὲ εἴρη γένεται δόμισι

Εἴη φρονεῖσθαι πλεῖστον, οὐ γνῶντας ξένων.

Τόδε γέ ταντοργον μεῖλλον ἐντίκτει Κύπρος

Ἐν δὲ σοφαῖσιν. id est,

Odi eruditam. ne mee vniuersitatem sit domi,

Quae plus sciat, quam mulierem scire expedit.

Namque eruditis ipsa maiorem Cyprius

Astutiam indit.

& sanè non nimis pudicas esse ingeniosas & eruditas  
mulieres, fidem facere poterit Sappho. neq. mirum  
multas enim historias legunt, peccare, ut ait Flaccus  
docentes. sed in iis quæ suprà retuli lueuenālis veris  
constat, metaphoram esse à iaculis sumptam, que  
breuia cùn sint, rotando torqueri solent. eadem ar-  
tem v̄sus est Plato; cùm Lacedæmoniorum loquendi  
consuetudinem exponeret; quos ait, initio videri so-  
litos rudes & impéritos; sed postea torquere ac vibrare  
re breue aliquod dictum: ut is qui cum differebant,  
puer præ ip̄is videretur. eius verba sunt: εἰ γὰρ οὐταν-  
τις Λακεδαιμονιαν πάθει φανταστικὴ συγγραφὴ, τὰ μὲν πάλι-  
α τοῖς λοχιστοῖς αὐτὸν φαντάνει πνευμόνειον. ἔτι δὲ  
αὖτις τύχει τῷ λεγομένῳ, ἐνέβαλε ρῆμα ἀξιολόγη-  
τερον ἢ κατεργαμένον, ὥσπερ δενὸς ἀκοντίσις, οὗτος φα-  
νεται τὸ περιστελλόμενον πατέδεις μηδὲν εἰλιτία.

Iphicrates multa dicta, quibus elatus & excelsus ipsum  
animus ostenditur. C A P . X X I I .

R E R V M bellicarum gloria non ætatis modò sua  
imperatores vicisse, sed superiorum etiam  
quemlibet adæquasse Atheniensis Iphicrates dicitur.  
idemque